



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De morte æterna, quæ impiorum est, atque secunda in Diuinis literis  
nominatur. xij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

De Morte æterna, quæ impiorum est, atque secunda in Diuinis Literis nominatur: quam æternam Damnationem nuncupamus.

## CAPVT

XII.

Iactant. di-  
ui. Inst. lib.  
3. cap. 19.

Idem lib. 7.  
cap. 10.

August. de  
Ciuit. Dei.  
lib. 13. cap. 2  
Idem de Ci-  
uit. Dei lib.  
6. esp. 12.

Rom. 6.  
Psal. 33.  
Matt. 25.

Cyprian.  
Serm. de  
Ascens. Do-  
mini.

**D**ocent Diuina litera, non extingui animas, sed aut pro iustitia premio affici, aut pœna pro sceleribus sempiterna. Non enim finis est, aut cum qui sceleratus in hac vita feliciter fuerit, effugere quod meretur: aut eum qui ob inſtitutiã miserrimus fuerit, sua mercede fraudari. Qui ergo se vitiiis aut sceleribus contaminauerit, voluptatiq; seruerit, is verò damnatus æternam luet pœnam: quam Diuina litera secundam Mortem nominant, quæ est & perpetua, & grauissimis cruciatibus plena. Ideo autem secunda dicitur, quia post illam primam est, qua fit coherentium direptio naturarum, sicut Dei & anima, siue anime & corporis. Et quia eam vitam æternam dicimus, ubi est sine fine felicitas: & anima impiorum & sceleratorum in pœnis uiuit æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi, mors illa potius æterna dicitur quam vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quam ubi non moritur mors. Hec est illa mors, peccati stipendium: mors peccatorum pessima, quam æternam Damnationem nuncupamus: Christus D. N. æternum supplicium dixit. Continuus erit ibi & superfluis lachrymarum decursus: stridorem dentium flammæ inextinguibiles agitabunt. Immortales miseri uiuent inter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudam corpus allambent. Ardebit purpuratus diues, nec erit qui æstuantis lingue stillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter sartagine flammæas miserabilia corpora cremabuntur, & omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget.

De æterno